

Verum non id in presentia negotii assumendum esse putavi, ut tantam tue dignitatis excellentiam humanitatemque necnon religionem laudare velim. Alios namque liberalitas sublimat, alios iusticia clemenciaque extollit, nonnullos scientia illustrat, quosdam in Deum religio subleuat ad astra : te autem, illustrissime princeps, non una solum uirtus, non unum dignum memoria facinus, sed omnes simul iuncte uirtutes omniumque rerum probata experientia non desinit ¹ te illustrare. Tacebo patrem tuum prestantissimum cum in ceteris, tum precipue in rebus bellicis? nemo eo maior, nemo prestantior est. Quis enim unquam in laboribus perferendis pacientia, in adeundis periculis fortitudine illi uiro similis est? Quis in rebus gerendis prouidentia, in exponendisque industria ² equalis? Cuius quidem gesta, cum oportunitas dabitur, latius scribemus. Sed ne in longum nunc producat^{ur} oratio, ad rem ipsam deuenire festino. Tunc ³ igitur ad interrogationes imperatoris Turchorum animum ⁴ rogo paulisper aduertat ⁵. Vale.

329

☞ IN HOC VOLVMINE HAEC CONTINENTVR. ARISTOTELIS. De historia animalium libri IX. De partibus animalium & earum causis libri III. De generatione animalium libri V. THEODORO GAZA INTERPRETE. De communi animalium gressu liber I. De communi animalium motu liber I. PETRO ALCYONIO INTERPRETE. INDICES IN PRAEFATORVM OPERVM SINGVLA. PARISIIS. Ex officina Simonis Colinaei. 1533.

(*A la fin* :) HOS DE HISTORIA, PARTIBVS, GENERATIONE, communi gressu & motu animalium libros Aristotelis emisit ex officina sua Simon Colinaeus, Anno M. D. XXXIII.

-
1. Original *desinat*.
 2. Original *indistura*.
 3. Il faut sans doute lire *nunc*.
 4. L'original donne *autem*.
 5. Original *aduerta*.

